Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1165

Quelle:
Copyright:

praemuniti ſunt. Ad calcem IV. *Explicit liber quartus ſententiarum Benedicamus domino Deo gratias Amen.* 1398. Margines notulis adſperſi. Pag. ult. *Puncta in quibus Magiſter non tenetur ab omnibus.*

CCCCLXXVII.

R. 77 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 329. 8. minute ſed ſane nitide perſcriptus, coloribus comtus, et a *Thoma M. Alfano* O. P. Bibliothecae oblatus anno 1721. exhibet *Libros IV. Sententiarum* M. *Petri* Ep. *Pariſini* dicti a Patria *Lombardi*, qui annum 1164. poſtremum habuit ἀντρονομαστικῶς adpellatus *Magiſter Sententiarum*, ut notum. Praeit Prologus: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate noſtra* &c. Sequitur Elenchus *Capitum* et hic et ante ceteros Libros, *Diſtinctiones* tamen poſteriore quadam manu marginibus adjectae ſunt. Initium L. I. *Ueteris ac noue legis continentiam diligenti indagine* &c. Omnia, ut in Edit. *Lovan.* 1552. f. in quam *Joh. Aleaume*, *Pet. Crabbii* et *Ant. Ghenart* curae memorantur, quae tamen in eo ſibi non conſtat, quod *Capitum* ſ. *Rubricarum* ſ. *Titulorum* Tabulam Libro I. quidem praefigat, requis vero ſubnectat. Omittit praeterea, quae nobis ante Librum IV. leguntur: *Hijs tractatis que ad doctrinam rerum pertinent quibus fruendum eſt quibus utendum. qui fruuntur et utuntur. ad doctrinam ſignorum accedamus. Samaritanus enim* &c. Finis totius Operis: *cum viderit vindictam;* quibus minio adjecit Librarius:

Finito libro nunc detur gloria chriſto.
Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum domino uiuat.

Itaque deeſt clauſula illa: *Haec de pedibus ſedentis* &c. quam non tantum habet Editio *Lovan.* citata, ſed etiam vetuſtiſſima illa princeps *char. goth. rudi; col. 2. ſ. l.* et *a. f.* quae tamen etiam noſtram πεφυκοπην ſupra memoratam: *Hijs tractatis* &c. agnoſcit.

CCCCLXXVIII.

U. 280 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 358. f. charactere luculento atro, rubricis diſtincto complectitur *Petri Lombardi IV. Libros Sententiarum* praevio Prologo: *Cupientes aliquid de penuria* &c. et praefixo ſingulis Libris *Diſtinctionum* et *Capitum* Elencho. Margines illuſtrationibus occupantur, et ad calcem accedunt *Articuli, in quibus Magiſter ſententiarum communiter non tenetur.* Articulos hos primus collegiſſe videtur *Antoninus Florent. Summae Theolog.* P. IV. *Tit.* 11. c. 8. unde in Exemplaria mſs. et impreſſa dimanarunt.